

pretentur: cuius contrarium à Θεολόγων πασι forſan rectè obiectum
fuit Lipsio in ſuo de Conſtantia; de quo propterea hinc inde in epiſtolis im-
meritò multum conqueritur. 29.
Vid. eij epiſt. 97. Tab. 1. Miſcell.

XXVII. Imaginis divinæ. Ad quam imaginem licet Adamus
conditus, ideoq; perfectiſſimus eſſet: ad illam tamen ſuos filios non genuit, ſed
ad imaginem ſuam, depravatam illam quidem & plurimis modis detur-
patam.

XXVIII. Cuius ipſius ſenſus eſſe didicimus evidentem oppoſitionem
illam Gen. 5, 1: In die, qua creavit Deus hominem, ad ſimilitudinem
Dei, fecit illum &c. Adam autem genuit filium ad imaginem & ſimi-
litudinem ſuam &c.

XXIX. De qua tamen imagine divinâ etiam aliquid per nebulas Æ-
gyptiacas (eò namq; ſe ob vicinitatem, ſtudiorum gratiâ, Greci conferebant)
inaudiſſe videri poteſt Plato, quando Philoſophiam aliter vocat ὁμοιότης
τῷ Θεῷ. Item quando omnem voſtram ſcientiam fieri voluit per ἀνάμνηſιν,
nihilq; novi à nobis ſciri poſſe docuit, quod prius non ſciverimus, 1. poſter. 1.

XXX. Et propius qſ. ad rem diſcipulus, quando 1. Rhet. 1. 1. ἐν τῷ μαν-
θάμνῳ eſſe dicit τὸ εἰς Φύſιν καθίς αὐτῷ, i. e. reponi in ſtatum hominis na-
turalem.

XXXI. Eſt enim hominis natura (ut ibid. Felix Accorambonus
annotat) actus ſcientiæ & multarum addiſcentiæ.

XXXII. οἷον γὰρ ἕκαστόν ἔſτι τῆς ἡμέτερας τελειότητος, ταύτῳ
Φάμεν τῷ Φύſιν εἶναι ἕκαστον, 1. Polit. 2. Ultima verò hominis τελείωſις
eſt τὸ εἰδέναι καὶ θεωρεῖν, 10. Eth. 8. quippe quòd τῇ Φύſι εἰδέναι ὀρέ-
γεται, 1. Metaph. de quo infr. Technoſcop. Diſput. De origine artiſ.
Ideoq; diſcere eſt ſecundùm naturam & perfectionem hominis conſtituiſ-
ſe, dum per id noſtrum ſciendi deſiderium impletur, Accoramb. ibid.

XXXIII. Que etiam prima eſt ratio, quòd ſtudia cum tantâ volu-
ptate ſint conjuncta. ἔ γὰρ τὸ μὴ τυγχάνειν λυπηρόν ἔſτι, τὸ τυγχάνειν
ἡδύ, d. c. 11. vel ut Theognis habet v. 255:

Κάλλιστον τὸ δειναιότατον λῶſον δ' ὑγιαίνειν
πρῶγμα ἢ τερπνότατον. ἔ γ' ἔſτι τὸ τυχεῖν.

B 2

XXXIV.